



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Flores Directorii Inqvisitorvm

Bariola, Luigi

Mediolani, 1625

Consilivm Sextvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11434

in regnum debitum tuta conscientia Sempronio.
Saluo &c.

CONSILIVM SEXTVM.

Veronica, & filij, quorum duo erant minore 25. annis, cum dispensatione Senatus per instrumentum vendiderunt Procuratori Gabriellis, quedam bona immobilia, pretio ducat. 18. pro pertica, quod ascendit ad summam ducat. 13509.

Ex quibus soluti fuerunt praesentialiter solummodo ducatoni quinquaginta. Pro alijs vero ducatos quinque mille venditores dilationem emptori statuerunt inde ad annum. Et pro restantibus ducat. 8459. inde ad annos undecim.

Hac dilatione durante, venditores nullo reservato a dominio, nec iure fructuum, sed immo eo cum effectu, ac ex integro translato, pactifunt, ut emptor soluat interesse pro parte non soluta in rationem quinq; pro centenario capitalis dicti pretij in duabus terminis singulo anno.

a Facit decisio Romana quam refert, & sequitur Antonuc. in sua Catech. Beato Carolo dedicata cap. 21. vsq; ad cap. 32. Vgolin. de usur. §. 1. cap. 39. num. 1. vers. quid igitur. Summ. Corou. confess. tit. de empt. & vendit. Corrad. cas. conse. quæst. 32. Reuer. Beia. cas. 19.

Alio etiam pacto adiecto, quod emptor eos resuelet, & indemnes seruet ab omnibus melioramentis, expensis, & damnis, quæ eorum fitabilis ab eis pretendere posset, itaut ipsi venditores nihil pacientur occidente præmissorum, & ab alijs praeten.

Consilium

278

tenionibus, salvo à solutione onerum Cameralium
super ipsis bonis occursum, & impositorum à die
celebrati dicti contractus retrò, pro quibus volue-
runt teneri, & obligatos esse ad relevandum ipsum
emptorem.

Vlterius in narratiuis dicti instrumenti, ac in dis-
pensatione memorata Senatus, leguntur etiam in-
frascripta per ipsos venditores enuntiata, vñz.

a S. Bonavero nunc locata b sunt pro dicto l. 4. lib.
5. d. pro pertica, & vellent ipsis mater, & filij debi-
ta trium dotium sororum sanare, & se eximere à
solutione fectorum, seu interesse. Si vero vendant
tantum bona pro concurrenti quātitate debitorum
iam contractorum, omnes eligunt meliorem c par-
tem bonorum, quod supplicantibus non expedit.
Repertuerunt autem vnum emptorem, qui conter-
tatur ipsa bona cum edificijs, & iuribus etiam aqua-
rum in pertica acquirere, ideo decreuerunt pro eo-
rum etiam maiori beneficio d dicta bona eidem
vendere dicto pretio: Exbursando de præsentis in-
summa ducat. trium mille, conuerendorum in sa-
nandis dictis tribus dotibus, & alijs debitibus, ac con-
currendo eorum necessitatibus, & reliquum relin-
quere in manibus dicti emptoris, & interim, ne em-
ptor gaudeat re, & pretio quod soluat loco fructu,
seu fectorum partis non solutæ, prout magis concor-
des esse poterunt. e

b Venditores fatentur bona locata nisi proficto lib. 4. lib. 5.
d. computatis oneribus, & periculis, ac alijs de quibus s[ic]
pra, & nihilominus conuenerunt de interesse ad ratione
quinque pro centenario, quod importat lib. 5. sol. 2. d. 6. p[ro]p[ri]etate
singula pertica, sine oneribus, & vñsupra.

c Pretium meliorum erat eorundem ducat. 18. pro perticis
& rāmen omnia, & vniuersa bona vendiderunt eodem, &
equali

equali prelio, contemplatione dilationis, & sic duplēcēd
vſuram consequiti fuere, scilicet in prelio cariori, quia bona
ipsa non erant eiusdem bonitatis, & in pensione, quia non fuit
commensurata vero valori bonorum, nec quantitatē fructū
locatorum, sed stipulata ultra sortem. Lupp. Gemin. in
rep. l. curabit comm. 1. §. 7. num. 145.

d Ergo pro suis gerendis negotijs, & non ad instan. alicuius
amicī, ut considerauit ipsa decisio Romana.

e Detegetur venditores noluisse metiri interesse ad fructus
locatos; sed solum ad pecunias, & ad tempus.

Hæc sunt quæ resultant ex facto.

Verum quod obſtare videtur eſt potissimum;
quia in præſenti Ciuitate Mediolani, f ut
plurimum conſueuerint celebrari ſimiles contraſtus
venditionum cum translatione dominij; habita fide
de pretio, & taxato intereſſe à principio loco fru-
ctuum in rationem quinque pro centenario.

f Ex statutis Mediolani non poſſunt allegari aliquæ conſu-
tuſines contra iura ſcripta, & ex binis decisionibus Sacrae Cu-
riæ Romanæ ſancitum eſt, pacta vſuraria, & illicita non
adiuvari aliqua conſuetudine, etiamsi in foro alias corrobo-
rata per reſcripta Pontificis dici poſſent, ve per Farinacium
conf. crimin. 15. in fin.

Contractus eſt vſurarius; tum quia vult extor-
quere pensionem, & fructus, ex re noui sua, cum in
ipſum emptorem fuerit trāslatum dominium etiam
quò ad fructus: tum quia ratione temporis, & fo-
lius dilationis ad ſoluendum capitale p̄tendit in-
terſurium: tum quia ſubiacerē non vult oneribus
& periculis; tum denique, quia bona ipsa locantur
ſolum ad rationem lib. 4. fol. 5. pro pertica, & ita

T. habe-

habetur respectus, & principalis intentio non ad fructus ex fundo verisimiliter colligendos, sed ad capitale ipsius pecuniae (quæ de se infructuosa est) exbursandum. Ideò rescindendus contractus, & fructus accepti in sortem computandi, & ita sicut decisum in Sacra Congregatione Penitentiaria Mediolani.

CONSILIVM SEPTIMVM.



Væritur vtrum ille, qui pro suis tantum gerendis negocijs, & non ad instantiam alicuius amici, vendit domum, aut fundum mille aureis, aut huiusmodi, & non valens accipere in præsenti nisi quingentos, data dilatione ad triennium, aut eo amplius, conuentionem facit cum emptore, vt interim ratione fructuum det sibi tot pro centenario, committat usuram in foro conscientiæ, necne, si tamen verè transferat dominium dictæ domus, aut fundi in dictum emptorem, ita, vt illis interim preuntibus, pereant tantummodo, & corruant emptori, non autem venditori?

Et item, quod idem est cum superiore quæstione, Vtrum opinio tantummodo vera (in foro tamen conscientiæ) ea sit, quam tuetur Gab. Biel. 4. sent. distin. 15. q. 11. conf. 4. cas. 3. Summ. Silu. ver. usur. 2. q. 11. & Aur. Ros. in 9. impr. cas. 27. & Rosel. VI. 1. §. 47. diuus Bernard. in suis Sermon. de contrad. serm. 42. cap. primo, cas. 4. sub finem. Diuu. Anton. 2. part. tit. 1. §. 20. cap. 7. Plot. in repet. l. si quando, nu. 45 1. C. vnde vi. Abb. conf. 5. & alij Theologi, ac Doctor.